fui ſuper legem. quoniam in prioribus.C.de inof.teſta.qui tamen ad deciſionem oblitus eſt huius.l.partitarũ ex qua ſatis probatur, quod non poſsit diſponere parens vltra vnam quintam partẽ,ſiue in vita ſiue in morte,vt ſalua ſit legitima filiis,quæ eſt hodie omnia bona excepta quinta,& ſatis probat iſta.l.hoc procedere ſiue diſponat parẽs per modum quotæ,ſiue particulariũ rerũ donatiões faciendo in vita,& dicit Rode.ibi vnũ bonum verbũ, quòd vbi pater in vita nõ donaſſet qntam per modum quotæ, ſed feciſſet aliquas particulares donatiões modicas:(vt fit quotidie)q̃ non cõſueuit attendi,vt tpe mortis habeatur conſideratio ad diminuẽdam quintam partẽ bonorũ quam pro anima legaſſet,propter illas particulares modicas donationes factas à patre in vita:quia eſſet hoc quodãmodo ligare manus patris,vt induceretur interdictio diſtributiõis,& adminiſtrationis bonorum quod ſecundũ eum nõ eſſet procul ab iniquitate & nihil allegat ad hoc:niſi cõſuetudinem & abſurditatem,quæ aſs reſultaret.& certè quando eſſet modicus exceſſus,& filij parum grauarentur in legitima ex donationibus minutatim factis in vita, ęquum videtur hoc dictũ maxime ſic cõſuetudine roboratum:ſi tamen eſſet notabilis exceſſus & grauamen,idem iudicarẽ in plurib⁹ donationibus ad minutum factis,ſicut in vna magna alienatiõe,vt probatur in.l.nomen.§.1.& ibi glo.in verbo propè.ff.de lega.3.notat Bal.in.l.fraus.ff.de legi.& an iſta prohibitio q̃ parentes nõ donent, neq; in vltima volũtate legent vltra quintã,intelligatur de ipſis bonis parentum,& proprietate eorum tantũ,an etiã cõprehendat fructus,quos in vita parentes habent de ſuis propriis bonis,vt ſic fructus in hoc iudicentur ſicut cætera bona? eſt pulchrum dubium,& non memini me vidiſſe per aliquem tactum,niſi per Soci.conſil.93. volu.1.incipit circa primum prẽſentis conſultationis articulum in.3. dubitatione,vbi arguit advtrãq; partem,& tandem concludit:q̃ idẽ ſit iudicium de fructibus ſicut de cæteris bonis,deducto eo quod attinet ad neceſsitatem victus:attenta perſonę qualitate,& dignitate iuxta notata per glo.& docto.in.l.maritum.ff.ſolu.matrimo.l.plenũ.§.equitij.ff.de vſu & habi.& loquitur ibi Soci.in caſu ſuo multũ conformi ad.ll.noſtri regni vbi per ſtatutum fuerat augmentata legitima filiorum & parenti tãtum licebat diſponere de quarta parte bonorũ,mouetur ipſe quia.l.generaliter loquit̃,ergo generaliter debet intelligi.l.1.§.& generaliter.ff.de lega.præſtan.c.ſi romanorũ.19. diſtin.nõ enim minus dicũtur bona fructus percepti ex bonis,quã ipſa bona quæ à beando dicuntur.l.ſubſignatum.§.bona.ff.de verbo.ſigni.neq; in eis poteſt dari ratio differentiæ & cũ verba ſtatuti nõ repugnent:ſed propriè verificentur verificari,& debet diſpoſitio. l.1.§.is qui nauem.ff.de exercito.& confirmatur hoc per caſum quẽ dicit ſingul.in.l.fi.verſi.pe.ff.de requirendis reis vbi patet q̃ diſpoſitio illius tituli,per quem immobilia & mobilia abſentis citati annotantur & conſcribuntur,vt ſi veniat intra annum recuperet,interp̃tatur per illum tex.vt vendicet ſibi locum in fructibus poſtea perceptis illo anno,qui inter mobilia computantur, adducit etiã dictum Bal.in.c.1.in fi.princi.de pace tenenda,q̃ publicatio mobilium quæ fit ob pacis violationem,vendicat ſibi locum in fructibus. adducit etiam.l.paulus.§.1.ff.de pigno.&.l.quãuis.C.in quibus cauſ.pig.vel hyp.taci.cõtrahi.cũ cõcor.ibi alleg.in gl.& q̃ fructus augent ipſam rem.l.item veniunt.§.fructus.ff.de peti.hære.& dicit Iacob.Butri.in l.iubemus.C.ad trebel.q̃ fructus cenſentur res hæreditariæ,ſicut & reliquũ patrimoniũ.& quia eiuſdẽ naturę debet eſſe augmentum ſicut & ipſa res principalis.l.etiam.C.de iure dot.l.ſi cõuenerit.§.ſi nuda & quod ibi Bar.dicit.ff.de pigno.actio.l.fi.C.de frumẽ.vrbis conſtantinopo.li.11.allegat etiam alia,q̃ ibi poteris videre.& ad finem etiã ſubdit bonũ verbum,iſta nõ eſſe ita amarè recipienda,vt & ſi parens aliquãto magnas expenſas feciſſet in victu:& aliquos fructus erogaſſet in pios vſus:debere fieri imputatio in illam quintam vel quartam partem in caſu ſuo. Sed ſi deberet ſupereſſe notabilis quãtitas ita q̃ veriſimiliter ſi nõ inueniẽt,parẽs in alias perſonas pręſumatur veriſimiliter erogaſſe.cõtra iſta tñ dicta Soci. get t. ff. notabilis. & ibi Bal.in.l.cũ oportet.§.non autẽ.C.de bon. liber.vbi habet q̃ pater,qui habet vſumfructũ in bonis aduenti. filij,põt iſtũ vſum fructum donare & relinquere,cui voluerit,neq; ex hoc filij poterũt intentare quærelã inofficioſę donationis:& ſic licet iſti fructus ſint bona patris,diſponit tñ de eis liberè,vt ibi patet,vrget etiã dictũ didaci de ſegura in repe.l.1.§.ſi vir col.26.ff.de acqr.poſſeſ.vbi mot⁹ ex dicto gl.in.l.generaliter.§.planè.in verbo ex aliqua cauſa in fine.ff. defideicõmiſ. liberta. infert q̃ ſi pater habens plures filios vni eorũ donauit bõa ſua,ita inofficioſè,q̃ poſtea alij filij reuocauerunt hãc donationẽ tanquã in officioſam p titu.de inoffi. donati.remanẽte apud hũc filiũ donatariũ legitima parte ſua & tertio & quinto bonorũ,q̃ hoc caſu fruct⁹ ęs ꝑcepit talis fili⁹ reſpectu illius partis,q̃ ei auferr̃ ꝑ alios fratres nõ tenebit reſtituere arg.l.ea demũ.C.de colla.ſed ſi rectè inſpiciant̃ iſta nõ obſtãt:nã in his caſib⁹,fruct⁹ nõ percipiunt̃ ex re patris,vt ſic eodẽ iure cẽſeant̃,ꝑput vult ſocin⁹ ſed ꝑprietas bonorũ aduẽtitiorũ eſt filij:& etiã dñiũ rerũ donatarũ filio vt in caſu didaci de ſegura,eſt ipſius filij & ſic nõ poteſt dici q̃ talis fruct⁹ ſit de bonis patris,neq; in ſuo patrimonio qa ex quo exiuit dñiũ ab eo ꝑ donationẽ fruct⁹ ex re donata nõ fuerũt ſui & vt dicit Bal.in.l.fi.C.de vſuca. ꝑ donatc.fruct⁹ & acceſsiões rei nõ dicunt̃ ꝑpriè donari qa nõ cadũt in cõtractu ſecũdũ formã cõtractus & ideo ſecũdũ eũ nõ augent quãtitatẽ donatiõis:neq; reqrũt inſinuation̄.l.in ędib⁹.§.ex reb⁹ & ibi gl.ff.de donatio.& ſic remanẽt vera dicta Socini cũ iſtis duab⁹ limitationib⁹ ſcilicet ſi pr̃ donet vſum fructũ quẽ habet in bonis filij, qa iſta donatio nõ reuocabit̃ ꝑ qrelã inofficioſę donatiõis,prout dicit Bal.in.d.§.nõ aũ. Itẽ ſi fruct⁹ proueniãt ex re alteri donata & tradita:quia tales fructus nõ augent rem donatã vt dicit glo.in.d.§.planè.& probatur in.d.§.ex rebus nec fuerunt in bonis patris.tene iſtamenti quia quotidiana ſunt.

el titulo del eſtableſcimiento de los herederos. E ſi el padre fiziere mayor donaciõ,pueden la reuocar los fijos:faſta en la quantia de la ſu parte legitima.[a]

¶*Ley. IX. Faſta que quantia puede fazer ome donaciõ de lo ſuyo,e de lo que de mas fiziere que ſea reuocado.* Vi. Couar. Prath. Quæſtio. fol. 329. col. 2. et Duen.

EMperador, o Rey,puede fazer̃ donacion de lo que queſiere, quando el Emperador,o el Rey,faze con carta[b] o ſin carta,e valdra.Eſſo miſmo dezimos que puedã fazer los otros omes,quando quierẽ dar algo de lo ſuyo,al Emperador,o al Rey. Ca guiſada coſa es,que como ellos pueden fazer donaciones,por carta o ſin ella,que los omes puedan dar a ellos,lo que quiſieren en eſſa miſma manera.Pero dezimos q̃

a ¶*Legitima.* habes hic,q̃ donatio inofficioſa facta in præiudiciũ filiorũ iã natorũ reuocat̃ ꝑ qrelã inofficioſę donatiõis,vſq; ad legitimam tm̃,& nõ in totũ.ſup quo de iure cõi fuerũt diuerſę opi.inter Azo.& Hugoli.gloſatores.vt dicit glo.in.l.1.C.de inof.dona.in gl.mag.5.q. & opi.hugolini ibi recitata diſtinguẽtis inter donationẽ inofficioſam re & cõſilio factã:vel re tãtũ magis cõiter ꝑ doct.ibi approbatur & ita atteſtat̃ ſoci.cõſi.126.co.1.vol.3.hęc.l.approbat opi.azo.vt nulla facta diſtinctiõe tãtũ vſq; ad legitimã reuocet̃,quã opinionẽ etiã tenuit Bal.in.d.l.1.col.4.& ſub dubio forte dicit ibi Pau.col.3.iſtã opi. fore meliorẽ & adde ad iſtã.l.q̃ neq; remunerãdo põt parẽs donare in p̃iudiciũ legitimę filiorũ,& ſic donatio etiã remuneratoria reuocat̃ vſq; ad filiorũ legitimã,vt voluit gl.& ibi notãt Fulg.Pau.de caſt. & Iaſo.in aut̃.vnde ſi parẽs.C.de inof.teſta.licet ſecus ſit in liberto,vt ī.l.diu⁹.ff.ſi q̃d in frau.patroni.Quid aũt ſi pr̃ alienet bona in fraudẽ filiorũ titulo oneroſo,an filij reuocẽt vſq; ad legitimã? vi.Bar.in.l.nõ vſq; adeo.ff.ſi qs à parẽte fue.manu.& latius Bal.in.l.2.verſi.q̃ro an fili⁹.C.ſi q̃d in frau.patro.Pau.de caſt.in.l.imperator.ff.ad trebel.Io. And.in additio.ad Spec.ti.de reb.eccle.non alie.ſup ꝑte cęterũ.la.2. Alex.cõ.57.vo.5.& an filij poſsint in caſu,in quo pr̃ dilapidat bona, petere vt eis aſsignet̃ aliq̃ poſſeſsio patris ꝑ alimẽtis? vi.Bal.in.d.l.2. ver.ſed pone pr̃.& q̃d de bonis q̃ pr̃ ꝑdidit in ludo,an reuocẽt filij vſq; ad legitimã? vi.Bal.ī.l.1.C.ſi q̃d in frau.patro.& Ang.in ſuo tracta. maleficio.in ꝑte metidore de mali dati.co.3.& ꝑ Iaſ.in.l.in executiõe §.fi.ff.de verb.oblig.

¶*Lex. I X.*

Valet donatio ſine inſinuatiõe vſq; ad quingẽtos morapetinos aurì:& vltra nõ valet niſi cũ licentia & ſcientia iudicis loci vbi fit donatio:tñ in donationibus factis à principe vel á priuato principi nõ requirit̃ inſinuatio.nec in dote nec ī donatiõe ꝑpter nupt.quãtacũq; ſit in ſumma:nec ī donatiõe ꝑ redẽptiõe captiuorũ aut refectiõe eccleſię vel dom⁹ aut hoſpitalis.Et ſi impator donat alicui villã cũ ſuis iurib⁹:nõ intelligit̃ cõceſsiſſe monetã nec merũ imperiũ:niſi ſpecialiter concedat.E ſi ſpecialiter cõcedit nihilominus tenet̃ facere pacem & guerrã pro eo donatarius & erunt appellationes principis.h.d.

b ¶*Con carta.* Quãdo donatio excedit qngẽtos ſolidos reqrit̃ ſcriptura,vt hic & in.l.donatio.& in.l.pe.C.eo.no.gl.in.c.1.de cẽſi.li.6.fallit in donatione,quã facit princeps priuato vel priuat⁹ principi,q̃ neq; requirit ſcripturã,neq; inſinuationem,vt hic & in.l.ſancim⁹.in princi.verſi.exceptis & in aut̃.ibi poſita.C.eod.

© 2010 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación